UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Pantaleon M. S Anthusa V. SS. VII Dormientes. 27. Jul.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Pantaleon M. S Anthuſa V. SS. VII Dormientes. 27 Jul.

Compaſſio.

Deuotus miles nō ſentit ſua, cum benigni Ducis intuetur vulnera Bern.

Præſta quæſumus omnipotēs Deus, vt intercedente B. Pantaleone M suo (B. Anthuſa V. & VII Dormientibus Cōfeſſoribus) à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore & à prauis cogitationibus mundemur in mente Per D N I. C. &c.

Ora pro agonizantibus, &

1. S. Pantaleon Medicus Chriſtianam fidem meliuſque vnà curare didicit. Vnde ira in eum conflata Maximianus Imp. ſanitatem imò vitam in eo qui ea alijs dederat, oppugnauit. Sed fruſtra obſiſtente vivacitatis Chriſtianæ miraculo, Martyrium tamen conſummauit lacte fuſo pro ſanguine cum caput ei eſſet præſectum.

2. B. Anthuſa V. ſub Copronymo Imp. ob cultum ſanctarum imaginum verberibus cæſa, & exilio relegata, quievit in Domino.

3. VII. Dormientes fratres fuere Epheſini hi tempore Decianæ perſecutionis, obſtructo latibulo ſuo viui ſepulti ſunt; ſed poſt 200. fere annos hæreſim de reſurrectione & in corruptione corporũ excitatam ſui manifeſtatione confutarunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN